

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia p
cum fonte primo

Vera scientia afficit, non extollit;
nec superbientes quos impleuerit sed
lamentantes facit. Qua quisque cum
repletus fuerit, priori loco se scire
appetit; et iam sui conscius tanto per
illam robustius sapit, quanto se infirmum
in illa uerius recognoscit.

Gregorius libro XXIII. moralium.

Vera autem scientia afficit, non extollit;
nec superbientes quos impleuerit, sed
lamentantes facit. Qua quisque cum
repletus fuerit, primo loco se scire
appetit; et iam sui conscius, tanto per
illam robustius sapit quanto se infirmum
in illa uerius recognoscit; atque
ampliores uiam huius scientiae ipsa ei
humilitas aperit; dumque imbecillitatem
suam conspicit, ipsa ei cognitio
secretorum sublimium absconditos sinus
pandit, qua cognitione pressus, subtilior
redditur, qui ad occulta capiatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 23,
17 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1167, ll.35-43).